L

Arrest du Parlem.t

2.iii

30. Juillet 1351.

Cum Ogerius dictus Monoye de Sarro super albam campior proposuisset quod dilectus et fidelis Petrus de Vilanis miles consiliarius noster una cum dilecto et fideli Magistro Joanne de Teolia lecta et —

Clericis Consiliariis nostro
in bailliuio Senonensi et in
praepositura Debauro et
renorto reffornationem patriae
per litteras Domini et Genitoris
nostri deputatus manum in
persona et bonis ipsius ogerii
apponi fecerat indebité et
injuste requirens dictum militem
condemnari et compelli ad
reddendum et restituendum realiter
et de facto dicta bona et
manum in persona sua et
bonis appositam amoveri ad
plenum, ipsam que militem
in centum libris parisiensibus
pro damnis ipsius et in
ducentis libris pro injuriis
condemnari taxatione Curiae
praecedente dicto milite in
contrario dicente et proponente
ad finem quod diceretur quod

ea Fiscal in hac parte
Fiscal ipse virtute et necessitate
officii pro bono justitiæ et Procuratore
nostro persequente et absque
Corruptioné qualicumque quodque
super his dictus ogerus non
esset admittendus et quod idem
inter non poneretur in processu
quoque procurator noster acciperet
in se onus litis, et quod
dictus ogerus puniretur in
persona et bonis secundum
quod casus requirebat et prout
curiæ nostræ videretur et in
Casu in quo decretum quod
esset admittendus et quod in
processu poneretur, et quod
procurator noster causam hujus
modi in se non assumeret quod
absolveretur ab impetitione
prædicta, et quod dictus ogerus
sibi in suis condemnaretur

expensis earum tataxione
dictæ Curiæ reservata dicens
quod dictus ogerius qui erat
Campsor publicus qui erat
a joanne Fabii commorante
apud monastarii villam
paupere rurali et homine
modici status circiter
quadraginta sexpetias
argenti quæ fuerant ex
Calicibus qui furati fuerant
in Ecclesia de monasterii villa
propretio quatuor librarum
vel Circiter quæ quidem
petiæ argenti repertæ fuerant
subtus terram nec eas detulerat
justitiæ sicut debuerat
thesaurum repertam, eram que
talia prohibita ad vendendum
et fuerant reclata, dicto ogerio
dicentes ad furem quod adea
quæ dicebat dictus miles

non esse admittendus, et quod poneretur super hoc et remanere in processu, et quod Procurator noster omnis hujus litis hujus modi onus non assumeret nec teneretur facere dictus expensas propter hoc emendam qualemcumque et quod dictas pecias argenti a dicto joanne Fabri palam et coram consultis rectorae et matricularius dictae Ecclesiae et aliis probis viris pluries aliis quod conclusiones sibi fierent proponendo, dicto milite pluribus rationibus replicante; tandem auditis dictis partibus, in his quae dicere et proponere voluerunt et eorum rationibus per modum memoriae dictae curiae nostrae traditus una cum certis litteris per

quas dicebat dictus miles
de confessione dicti ogerii
apparere visis que rationibus
predictis et litteris et consideratis
quod Curiam nostram movere
poterant et debebant attenta longa
carceris detentione quam
dictus ogerus propter hoc
sustinuit dicta Curia nostra
per arrestum ipsum dictum
ogerum a facto predicto liberavit
manum que in predictis
bonis per dictum militem
appositam dicta Curia levavit
dicta bona deliberando eisdem
absolvit per dictum militem
ad aminus et injuriis per
dictum ogerum contra ipsum
petitis et compensavit expensas
hinc inde petitas et ~~compensavit~~ ex causa
Penultima die julii.